

Universitätsbibliothek Paderborn

Vita S. Lamberti Martyris, Episcopi Tvngrensis: Leodiensis Ciuitatis, & Ditionis Divi Tvtelaris

Roberti, Johannes Leodii, 1633

Capvt XVII. Pipini Principis Adulterium, & Pellicatus. Lamberti in eo reprehendendo Sacerdotalis constantia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44084

VITA S. LAMBERTI

Restat vltimus sanctissimi Pontificis Vitæ actus, tragicus plane; & in que describendo calamum optare liceat, sterili isto meo feliciorem.

CAPVT XVII.

Pipini Principis Adulterium, de Pellisatus. Lamber Timeo reprehendendo Sacerdotalis constantia

Pipinus, landatus Princsps.

DIPINVS Herstallus, hoctempo. L re, vt antea exposuimus, Austrasiam tenebar, Princeps pacis, belliq: artibus clarissimus. Felix, si cœptum vitæ tenorem, pietatis, cui totus addictus hactenus erat, memor, inconcussus tenuisset. Sed væsanis libidinibus, tamquam decumanis Auctibus, in transuersum actus, famæ, & salutis propemodu, fœdum naufragium fecit.

Erat ei coniunx Plectrudis, mulier lectissima, vt mariti primordijs Plettru- digna, sic indignissima secutis. Ge-

EPISC. ET MART. nus eius non traditur. Germanicæ dis, la originis fuisse, suadere videtur no- tissima men; & quod Colonia Agrippina famines aliquamdiu sedem fixerit: Capitolijque Ecclesiam, quæ adhucibi conspicitur, ædisicauerit, dotaueritque. Cum hac plures annos in matrimoniovixerat Pipinus, liberosque exea susceperat, Drogonem, & Grimoaldum, Iuuenes parentibus dignos. Nihil illi deesse videbatur corum, quæ hominem in vita beatum reddere queant (si tamen' est aliqua in hâc vitâ beatitas)excepto animo, qui omnia ista recte ferret. Defuit plane illi animus, ad refistendum turpium

Erat in Pipini aula, magnus Nobilitatis numerus, cocurrentibus ed, vt sit, certatim Dynastis, vicinis, remotisque. Hos interfacile excellebat Dodo quidam, ex eorum ordine,

amorum petitionibus, qui ad alia

omnia vincenda, superabat. Id quâ

ratione acciderit, paucis est exponé-

quos

dum.

04

å

24

n.

VITA S. LAMBERTI

Dodo in Ripini Aula. Palatimus, cateris eminens.

quos comites vocabant, genere in

Male

primis clarus, cognatione, opibulq iuxta potens. Hic obsequijs, & turpi adulatione grassando, ita Pipini animum coeperat, vt nihil fere maio ris rei patraretur, cui non Dodo authoraccederet. Ignoratione peccabat Princeps, Dodone corruptum vitijs animum tummo artificio celante. Dubitares, maior in eo superillus ar- bia, an anacitia. Illa ad imparem forthræeins magnitudinem tumidum iuuené stimulabat dies, noctesque hæc, rem familiare, etfi iam affatim copiosam, in immensum augere iubebar Hoc, ed magis, quod amicos, & clientes quam plurimos fibi addere satagebar, quorum opera ad destinata viereiur. Ed vsque viraque illa pestis eum occuparat, ve nec domestica castitati parcerit, dum Principi carior: alijs omnibus maior: multis etiam formidabilior euaderet.

> Soror ei erat adolescetula, in qua nemo sapiens quicquam laudaret, 2000

EPISC. ET MART. misi bonorum omnium infimum, Alpaisi formam. In hane impegit infelix Pi- Dodonis pinus. Qui, tamquam alter Holo-forer, fophernes, in eculis suis captus, toto la fermentis statu, velut præcipitio colli- ma cosus, decidit. Nihiliam cogitare, nihil medata. loqui, nisi de Alpaide. Id muliercu- bac ture læ nomen. Deinceps iacere tum rei piter as domesticæ, tum etiam publice, cura: mat; sola Alpais vigilanti, & dormienti occurrere: nemo gratus esse, nisi qui de illà loqueretur. Dodo, tam turpem, sibique, & familiæ probrosam quant notam nihil veritus, sibi etiam blan- vltro diri, gratulari: & vltro sororem ad prostia flagitium impellere. Ergo civitate tuit. & mox orbe vidente, palatium propudiosa muliercula ingreditur, &, pulsa matrona, genialem thorum pellex occupat. Tanto facinore omnes offendi, magni, medij, infimi: de co interse musitare, Devm vitorem vel opta-

terramque questibus implere, mari-

re, vel metuere. Plectrudis exlum,

in

(fq)

rpi

111

10

u

22-

m

CC-

er-

1(

m

101

Im

111.

OS,

da

ad

ue

04

1114

11.

14

ià

et,

VITA S. LAMBERTY

guersmonie: quas Pis pinus Gernit,

Plettru- tum nequicquam modò blanditijs, du palse modo lacrymis, modo minis, & diuinæ vltionis terrore, à tanto dedecore reuocare. Solus ille, cupiditate cæcus, nihil moueri, sed in væsania perstare. Alpais porrò triumphare, & sese iam pro regina vendicare. Dodo ambitione ardens, sibi persua. dere, nihil sibi deinceps factu diffi. cile, vr qui sororem haberet, Principis confortem. Hzc omnia nemo bonus probabat: sed nec quisquam palàm improbare ausus erat, cum finguli Alpaidis, & Dodonis potentiam vereretur, quos apud Pipinum omnia posse constabat.

28 300 publicus odium.

0+310

LAMBERTVS tamen, cui illud Apostol cum alte animo inhæserati Obedire oportet DEO, magis quam hominibus; hinc dolore, & commiseratione; inde insta indignatione accensus, quotidie secum ipse consultabat, quidnam tandem tali in reac tempore facto opus esset. Sileretne? DEVM grauiter offenderet, cui commissarum

LAM-BERTVS bac in re, animi 199certion. mutabundus:

EPISC. ET MART. TIP missarum sibi ouium accurrata ratio reddenda esser. Loqueretur? irâ incenderer Principis animum, iam antèlibidinis facibus plus satis ardenté. Quid tum verò? An ideo omittendum commonitionis; fors & increpationis officium? At inde nihil expectandum aliud, quam vt in monenté sæuiret, Dodone potissimum, & Alpaide instigantibus. Esto. Posse tamen euenire, vt Princeps, DEO eum respiciente, se monitus ipse respiceret, & vitam tanto scandalo infamem, in melius mutaret. Quod si aliter eueniret, Episcopum certè suo officio functum, testimonium habiturum bonæ conscienciæ, & Der gratiam, dum hominis gratiam non respicit, non amissuru. Aliud maius malum expectarinon posse, quam vt in tam bona causa vitam poneret. Hoc verò potius censendum esse summum bonum. An, si Martyrij lauream, pro fide contra Infideles cerranti, non daretur referre, parum H 2 effe.

te

ià

e, e.

fi.

ci.

10

m

m

n.

m

ıd

ati

0 -

2-

C-

114

ac

e?

174

m

esse, si pro castimonià certans, de tuta pitudine referret? Sic, alternantibus sententijs, secum Lambertys disceptabat, incertus quam in partem statueret. Vicit tandem, vt oportuit, du Prin- pietas, vicit ratio, vicit, qui meliora

monendu Principem statuit.

suggerebat, Devs.

Ergo Pipinum adit, & Iohannis Baptistæ instar, suaviter quidem,ne asperioribus verbis irritaret: fortiter tamen ei exponit, quanto se dedecore, domumque vniuersam conspurceret. Nonne vides, Princeps clariff. me, quantam iniuriam V xori, quantam liberis, quanta Matrimonij Sacramento irroges? Non meministi, Ebroino, eiusque tota factione, cotra te arma ferente, quatà Numinis beneuolentià, quam propitid eius manu, quam forti liberatus sis, quant à glori à auctus? Et maiora dé. cora te manent. Circumspice vndique vicinos: omnes te respicient, imo suspisiunt. Omnes hactenus te, vel amici amant, vel inimici, si qui sunt, tremunt. DBI bas omnia munera sunt, Princeps magna

Monentis OraEPISC. ET MART.

To

13

24

it,

ra

113

10

er

)-

[o

72-

to

ue ä.

180

is,

管。

238

1-

CZ

09

IIT

magnanime. Eius liberalitate, de fauore, omnia adhuc aduersa superasti. Eiusdem voluntate, age, supera libidinem,
supera teipsum. Conijce oculos in tottuos
necessarios, sanctutate toto orbe clarissimos. Veniatt ibi in mentem sanctissima
Gertrudis, materteratua: sanctus Arnulphus, auus tuus paternus, primo
Maioris domus Regij dignitate sunctus;
tum deinde Metensis Ecclesia Episcopus, Episcoporum exemplar. Sed pra
omnibus, potesne obliuisci Begga matris
tua, qua vitam adhuc degens in terris,
qua vita calestium essen, manifeste, quasi
inde delapsa, ostendebat.

Quid illam nunc disturam put as in boc dedecore, si aduiueret? Quid porro filis tui, Drogo, & Grimoaldus, quo animo turpitudinem tantam laturos censes? Illine tranquille videant, pro Matre sud Plestrude, Alpaidem pellicem dominantem, & pudet reliqua addere. Age igitur, ad cor reuertere, & redde aula tua honorem, populo latitiam, liberis quietem, vxorithorum maritalem,

Hj

tibi

HIS VITA S. LAMBERTI

tibi ipsi prapotentis DE1 consuetum du-Etum, & fauorem, Deo debitam obedientiam, cuius nutu Iohannes, simile ob facinus, increpuit Herodem, Nathan Dauidem, Regem, hoc excepto, secudum cor Dei. Audi adhuc eins dem borrendum fulmen: Qui glorificant me, glorificabo eos: qui autem contemnunt me, eruntignobiles. Scin' quam ignobiles? Accipe boc postremum, de si quid bonesti animi reliquum tibi est, borrore concutere: Recedentes à te, in terra scribentur.

Constabat, vera dici, neque hoc pud oc- nesciebat Pipinus. Sed animus tursupatu. pitudine corruptus, omnia hæc refpuebat: & tot gravissimis rationibus, vnica de Alpaide cogitatio longe præponderabat. Videbat ille meliora, & probabat : sed deteriora sequebatur. Itaque Lambertys, laborum irritus, hoc solum habuit reliquum, vt, cui prodesse ipse nihil posset, eum illi commendarer in cuius manu sor Regum est; quod & assidue, & multis

multis profusis precibus, lacrimisque faciebat.

Thedese

CAPVT XVIII.

Galli, & Rioldi iniuria in S. LAM-BERTVM: Eorum cades.

TIHIL peccato fœcundius: fi obseueris, centuplicato enascitur. Pipiniadulterium, Hydra erat è tartareis lacunis emerla, centumgemino capite formidanda. Nec proderat, aliqua excidisse, eu vel eadem, vel alia, & plura mox repullularent, cum magno fœnore impietatis. Refertur ad Alpaidem sermo S. LAM-BERTI, quem cum Pipino habuerats & adulatoribus solemni more, quzcumque exacerbando animo erant, augentur decuplum. Muliercula im- Alpais pos animi erat, coque per superbiam in Moprogressa, neminé vt crederet, tanta nitorens audaciæ esse debere, qui dictorum, LAMfactorumue eius quidqua carperer. BER-Itaque furore amens, Dodonem fra- TVM trem faute H 4

192

n

it

re

C

n